Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0002-2

1791.

1. *Bodenhausen, Hans Fridericus Ferdin. de: Responsa juris I. II et III. Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. examen superatum Hans Friderici Ferdin. de Bodenhausen ... testantur.

2. *Borsius: De justa delictorum aestimatione. Programma, quo ordinarius senior et reliqui fac. jur. assessores memoriam Borsianam ... recolendam indicunt.

3. Puttmannus, Jos. Lud. Ern.: (Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen XII). Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. solemnia doctoralia Rudolphi Hommelii indicunt.

4. *Kregelius, de Sternbach, Carolus Fridericus: De justo poenarum modo. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores fac. jur. memoriam Caroli Friderici Kregelii de Sternbach ... recolendam indicunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0003-7

1791.

5. Apel, Fridericus Augustus Ferdinandus: De juribus singularibus clericorum praecipue in Saxonia

6. Arndt, Gotfridus Augustus: De variis principum Saxoniae controversiis pacto Numburgico a. 1584 transactis

7. Arndt, Gotfridus Augustus: De variis principum Saxoniae controversiis pacto Numburgico a. 1584 transactis.

8. Bauer, Henricus Gottfridus, fac. jur. procancellarius: Responsa juris IV et V. Programma, quo solemnia doctoralia Friderici Augusti Ferdinandi Apel indicit.

9. Bauer, Henricus Gottfridus, fac. jur. procancellarius: Brevis commentatio decis. A. a. 1746. Programma, quo solemnia inauguralia Friderici Augusti Prentzelii indicit.

10. Bauerus, Henricus Gottfridus: De mediis delicta minuendi. Programma, quo parentalia ... Carolo Gotthelf de Winckler ... celebranda indicit.

1791.

11. Bienerus, Christianus Gottlob: Historia et jura suffragii Electoralis Saxonici et Archimareschallatus S. R. J. ab anno 1354 usque ad interitum Ascania-darum in familia Electorali Wittebergica.

12. Fleck, Ferdinandus Gotthelf: De jure regio salinarum earumque infeudatione

13. Gehlerus, Jo. Aug. Otto: De subsidiaria feminarum successione, in feudo feminino ad collaterales transeunte

14. Hausmann, Fridericus Carolus: De executione sententiae ab Augusto Imperialis Camerae judicio de restituendis episcopo Leodiensi juribus latae directoribus circuli Westphalici mandata.

15. Hommel, Rudolphus: De remotione consiliariorum imperii Aulicorum ad illustrandum locum art. 24 § 10 Capitulationis Caesareae novissimae.

16. Keesius, Jacobus Fridericus: De discrimine inter delicta atrocia et levia rite statuendo.

17. Loebel, Renatus Gotthelf: De causa sanctitatis conventionum jure rationis

1791.

18. Puettmannus, Jos. Lud. Ern.; fac. jur. procancellarius. (Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen XIII). Programma, quo sollemnia inauguralia Renati Gotthelf Lacbelii indicit.

19. Puettmannus, Jos. Lud. Ern., fac. jur. procancellarius: (Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen XI), Programma, quo sollemnia inauguralia Christiani Augusti Stoltzeri indicit.

20. Puettmannus, Josias Ludovicus Ernestus: De Licinio Rufino jurisconsulto.

21. Rau, Christianus, fac. jur. procancellarius: (De variis Saturninis jureconsultis). Programma, quo sollemnia inauguralia Friderici Caroli Hausmanni indicit

22. Rau, Christianus; De praerogativa S.R.I. principum Electorum sine speciali Imperatoris consensu terras imperii acquirendi ad illustrandum locum Aureae bullae Cap X. §2 et. 3.

Bl. 2.

1791.

23. Schott, Augustus Fridericus: De citatione edictali in hereditatis absentium ob mortem praesumtam petitione jure Saxonico Electorali praescripta.

24. Stoeltzer, Christ. August: De temporis continui et utilis computatione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0008-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0009-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0010-6

8

1791, 8°.

PROCANCELLARIVS
D. HENRICVS GOTTFRIDVS
BAVER

ORDINARIVS

SVMMOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

CLARISSIMO CANDIDATO

FRIDERICO AVGVSTO FERDINANDO
APEL

LIPS.

D. VIII. DECEMBR. A. C. CIↃIↃCCXCI

IN AVDITORIO ICTORVM

TRIBVENDOS INDICIT

Inſunt Reſponſorum Iuris IVtum et Vtum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0011-1

B. C. D.

Responsvm IV.

Contra laeſionem ex monetae deualuatione nec reſtitutionis in integrum, nec l. 2. C. d. reſc. vendit. beneficium ſuccurrit.

Quanquam ab illo profanorum opprobrio, quod frequentiſſime circumfertur, ſummum ius ſummam ſaepius iniuriam eſſe, ars noſtra a rei intelligente facile vindicari poteſt; Si, quam quidem intactam reliquiſſe ius honorarium videri iniuriam poſſit, moribus Germanorum omnino exhauſtam conſpicimus remotamque; Non aeque cum omni iniquitatis nota effici poſſe, omnino perſuaſum habeo. Neque id mirum. Scilicet vniuerſum ius noſtrum ciuile principiis ſuperſtructum eſt rationi omnino conſentaneis. Quod quanquam ita eſt, pleni tamen ſunt ſapientum libri reſponſis, quibus diſputationes ſuper iure cauſam dederunt, nouaeque, in quibus dirimen-

dis nos occupamur, quotidie prodeunt. Quae in quam immenſum numerum excreſcerent, ſi quamlibet concluſionem ex principiis ductam iniquitatis offenſio moraretur. Hoc tantum largior, ſi tanta ex concluſione iuris iniquitas prodeat, quae ipſi reipublicae pernicioſa appareat, Principis eſſe, exceptionem a regula noua lege ſtabilire. Talis iniquitas ipſi *l. 2. C. d. reſc. vendit.* dedit originem. Quum enim lex rationis praecipiat, eius, cum quo paciſcimur, et rei, ſuper qua contrahimus, indagare, et noſſe conditionem, quis miretur, huic rationi ius noſtrum accedere, et contrahentium circumuentionibus indulgere *l. 16. ſ. 4. D. de Minor.* Quam ob rem propter culpam laeſi nullam circumuentionem dixeris iniuſtam. Iniquam tamen, quia doli imputationem vix effugit, qui alterius ignorantia ad capiendum lucrum abutitur. Quum igitur poſtulare reſpublica videretur, neque incuriae ciuium nimis patrocinari, neque malitiae vltra modum indulgere, quis non ſapienti conſilio *l. 2. C. d. reſc. vend.* prodiiſſe fateatur? Quis non lubentius *Conſt. XXXIV. P. II.* quam Cuiacii ſententiae in *Obſ. 18. XVI. Obſ. 32. XXII.* et Anton. Fabr. *d. Error. Pragmaticor. Decad. VIII. err. 7.* acceſſerit, dum hi legis illius beneficium praeter venditorem nulli contrahentium, ne emtori

quidem

quidem, patrocinari propugnant, illa omnibus ex pacto vltra dimidium laeſis illud tribuit. De qua huius priuilegii amplitudine quanquam hodie nemo ne extra Saxoniam quidem noſtram dubitat, variis tamen illud limitibus eſſe circumſcriptum ſcimus omnes. Quas inter haec duo potiſſimum noſſe expedit, ſcienti laeſionem non eſſe ſuccurrendum, et in ignorante requiri laeſionem praeſentem, negligi eam, quae poſt contractum ſuperuenerit. Illud per ſe planum eſt, quoniam, quum vel donare videatur, qui patitur vſucapi, multo magis donare voluiſſe exiſtimandus eſt, qui pretii non ignarus rem pro viliſſimo pretio vendidit. Huius vero rationem nuperrime in Reſp. III. ſuppeditaui. Videlicet laeſionem ſuperuenientem inſtar caſus eſſe, quem, qui ſentit, aequo animo perferre debet.

Vtraque ratio iuris principiis omnino reſpondet, vt, quod obuerti poſſit, non appareat. Aequitati contra illa quidem non minus, haec autem, vt vereor, non vbique. Si rerum quidem argumenta non raro docuere, aequiſſimum fore, contra laeſionem ſuperuenientem ſuccurrere, ſi iure liceret. Inprimis frequentia poſt calamitoſum illud ſeptennale bellum, reſtituta pace, cum eaque re monetaria, prodiere. Continet eiusmodi exemplum ipſum Reſponſ. III. Quum enim pater in

 teſta-

teſtamento belli tempore facto ſenioribus ex liberis ſuis collationem impenſarum in eorum rem factarum remiſiſſet, quae ex facti narratione apparebant vix trecentis probae monetae abſolui, et natu minimo propterea trecentos praelegaſſet, teſtatore, qui in eius voluntatis declaratione perſeuerauerat, poſt finitum demum bellum defuncto, quis non trecentos illos ſine reductione ex hereditate deberi aequius duxerit. Nec alia deſunt, in quibus reſtituendi damni grauior erat ab aequitate commendatio. Quidam E. liberis in teſtamento, quod anno huius ſeculi quadrageſimo ſeptimo condiderat, heredibus inſtitutis, molendinum pretio 800 flor. F. ex filiis adſcripſerat, vt pro numero perſonarum, retentis 120 fl, reliquos matri et fratribus perſolueret. Qui F. quum pretium ſecundum valorem legitimae monetae debuiſſet, anno ſexageſimo centum extraneo cuidam W. nummis tum temporis valentibus ex mandato fratris G. exſoluerat, et poſtquam G. ſe centum a fratre accepiſſe confeſſus fuerat, acceperat G. a debitore W. chirographum, et breui poſt, reſtaurata re monetaria, non vltra pretium pecuniae mutuo ſumtae ſecundum reductionis legem. Qui G. quum nos de actione contra fratrem ob verſionem in eius rem factam, et ob enormen ſibi illatam laeſionem

nem, inſtituenda interrogaſſet, reſponſum Mſ. Octobr. 1763. a collegio tulit, ſibi nullam eſſe. Ecquis vero non ex aequitatis commendatione eandem ab vtraque parte conceſſerit. Debitorem W. ad plus reſtituendum, quam acceperat, nec ratione, nec iure obligari, palam eſt. Verum enimuero F. ad fratrem G. indemnem praeſtandum aequitate obligatum eſſe, nemo facile dubitauerit, quum vel ratio huius cauſam argumentis fulcire videatur ſatis probabilibus. Scio, iuris ignorantiam et errorem inde profectum, quoniam peritiores conſulere licet, reſtitutionis petitioni non inſeruire. Sed hoc ipſum ſaepius non leuem iniquitatem redolet, dum integritatis dexteritatisque ſenſum obtundit, circumueniendi libidinem euocat. Principes, quorum, quia ciuibus exemplo ſunt, pleniſſima fides eſſe debet, monetis, eorum auctoritate cuſis, valorem conſtituunt, quem ſi vltra verum pretium decernunt, non ſolum hoc ipſo damnum multis inferunt, ſed in errorem etiam ciues, huius rei ignaros, ipſi inducunt. Quod, quanquam in illo ſeptennali bello ex vſurpatione Principatus in Saxonia noſtra auctoritatisque Regis Poloniarum abuſu conſequebatur, ob id ciuibus, hoſtis imperio ſubiectis, non leuiorem praebet excuſationem. Vt profecto, ſi, quod res eſt, fateri licet, iureconſon-

ſultus,

ſultus, cui ex auctoritate Principis de iure reſpondere incumbit, ob laeſionem ex errore circa verum pecuniae pretium natam, reſtitutionem ſine pudore denegare non poſſit. Cui petitioni in re praeſente hoc etiam opitulabatur, quod reus in lucro captando verſabatur, actor de damno vitando laborabat. Cui, quo minus ex *l. 2. C. d. reſc. vend.* ſuppetias ferre liceret, impedimento erat negotii, ex quo paſſus laeſionem fuerat, qualitas, quippe ſtricto iure aeſtimandi, eiusdemque ſolutione et liberatione finiti, dum contra *d. l. 2.* vltra limites bonae fidei negotiorum non opitulatur.

Praeter hanc etiam alius memini cauſae, collegio Menſ. Mart. 1765. oblatae, intuitu aequitatis non minus fauorabilis. Quidam K. poſtquam diu recuſauerat, centum thaleros pupillae Ludouicis aureis ex anno quinquageſimo quarto debitos nummis belli tempore cuſis recipere, tandem a tertio vt reciperet, rogatus, ſibique mutuos daret, addita promiſſione, ſe nummos, quales creditrici debeantur, redditurum eſſe, huius precibus conceſſerat, et, poſthabita promiſſione, ſibi facta, praeter verum accepti pretium nihil a debitore, lite propterea inſtituta, obtinuerat. Is igitur, num ſibi contra priorem debitorem actio eſſet, quum ex nobis quaeſiuiſſet, nega-

tiuam

tiuam retulit. Vt tantum eius tuendae, perſonae quippe privilegiatae, reſtitutionem damni a primo debitore, ſpeciali curatore auxiliante, petendi venia data fuerit. Et quamuis a me nunquam impetrarem, lucrum eiusmodi ex aliorum damno capeſſere, quanquam iuſtiorem eo, cui ipſe Princeps cauſam dedit, errorem vix cogitari poſſe reor, vt ſi non omnino *l. 2. d. in integr. reſtitutt.* certe clauſulae Praetoris generali, quam VLPIANVS in *l. 1. ſſ. 1. ex quib. cauſ. maior.* exhibet, locum denegari non poſſe, putauerim, actionem tamen eius recuperandi cauſa inſtitui nullam poſſe ex collegii ſententia reſpondere oportuit, quemadmodum adiecta ſub A. et B. demonſtrant, quae, quoniam veritatem eius, quod ab initio profitebar, iuſtitiam ab aequitatis praeceptis interdum deflectere, vti exiſtimo, abunde comprobant, plura conquirere in eandem rem collineantia, haud quidem defutura, ſuperuacaneum duxi.

A

Ob nun wohl E. ſeinen letzten Willen anno 1747. errichtet, und, da zu dieſer Zeit das Geld ſeinen gehörigen Gehalt gehabt, der Preiſs des ſeinem Sohne F. zugetheilten Guths, welcher überdem als ein geringer Werth angezogen wird, wegen der in Rechten be-

kannten und die ganze Verbindlichkeit zur Collation *begründenden Vermuthung, daſs Eltern keinem ihrer Kinder einigen Vorzug geſtatten, ſondern eins dem andern gleich ſetzen wollen, ohnſtreitig nach gutem Gelde zu rechnen geweſen, folglich keinem Zweifel unterworfſen iſt, daſs, wenn G. die ihm zugetheilten 120 fl. Erbe-Gelder aus der väterlichen Mühle noch nicht empfangen hätte, er ſolche in Gelde wie es* tempore conditi teſtamenti *geweſen, zu fordern berechtiget ſeyn müſte, wannenhero, da er durch die ihm überwieſene W. Schuld-Poſt dieſelben nicht völlig, auch nicht einmal zur Hälfte erhalten, daſs er den Reſt nachzufodern, oder wenigſtens, daſerne ihm diesfalls die einmahl geleiſtete Verzicht entgegen geſtellet werden ſollte, wegen der einſchlagenden* laeſionis enormis, *in mehrern Betracht die Rechte nicht geſtatten, daſs einer ſich mit des andern Schaden bereichre, auch des zugleich mit einſchlagenden* fauoris vltimarum voluntatum *halber, auf die l. 2. C. de reſc. emt. vendit. zu* prouocir*en befugt ſey, es das Anſehen gewinnen möchte;*

Dennoch aber und dieweil es nicht allein mit des creditoris *G. Bewilligung, ſondern ſogar auf deſsen Veranlaſſung geſchehen, daſs F. ſeinen Schuldner W. welcher ſich nicht weniger darzu willig finden laſſen, an ihn ſtatt ſeiner überwieſen, einſolglich die unternommene* delegatio *zu Recht beſtändig geweſen, welche als eine*

ſpecies

ſpecies nouationis, *auch ſogar im Fall der* debitor delegatus *die Zahlung nicht leiſten kan, die vorhergehende Verbindlichkeit* ipſo iure *aufhebt, hierüber G. auf das ihm gehörige Erbe-Geld ohne allen Vorbehalt ausdrücklich Verzicht geleiſtet, und Rechtens iſt, daſs, wenn ein* creditor, *ſo beſſere Münzſorten zu fordern befugt, deren ſchlechtere, ohne* reſeruation *eines Aufgelds annimmt, ſich des ihm hierdurch zuwachſenden Schadens, wegen einmal aufgehobener Verbindlichkeit nicht erholen kan; Hierüber der Rechts-Behelff* ex l. 2. C. de reſcind. vend. *im gegenwärtigen Falle, da man mit Erbe-Geldern, und mit einem* mutuo *zu thun hat, nicht Platz greiffen kan: So iſt G. wegen des ihm hieraus erwachſenden Schadens, wider ſeinen Bruder F. rechtliche Klage zu erheben nicht befugt. V. R. W.*

B.

Ob nun wohl K. die geliehenen 100 Thlr. von ſeinem eignen Vermögen nicht vorgeſchoſsen, vielmehr dieſes von ſeinem Vorgänger in der Vormundſchafft geſchehen, und dabei, daſs es Mündel-Gelder wären, geäuſsert worden, die Verkürzung der unmündigen auch, da ſie geringhaltige Münz-Sorten für deren gute wieder erhalten, in die Augen leuchtet, und dem hierauf gegründeten Geſuch der Wiedereinſetzung in vorigen Standt ob angezogene Schutz-Rede,

daſs eine privilegirte Perſon wider eine andere nicht weniger privilegirte ſich ihres priuilegii *nicht bedienen könne, wenn ſchon die Schuld von unmündigen Erben desjenigen, der ſie* contra*hiret, abgetragen worden, nicht entgegen geſetzet werden mag, anerwogen leztere, wenn ſie ſich der Erſtattung des Aufgeldes zu entbrechen ſuchen,* de lucro captando, *die unmündige* creditrix *hingegen* de damno vitando cer*tiren, überdem der Vormund im Nahmen ſeiner* tuendin *agiret, mithin, daſs, wenn ihm auch für ſeine Perſon wegen unterlaſsener* proteſtation *und* reſeruation *das Aufgeld annoch zu ſuchen nicht frey ſtehet, er ſolches doch für ſeine unmündige, deren Gerechtſame zu* defendiren *ihm oblieget, wohl fordern könne, geſchloſsen werden möchte;*

Dennoch aber und dieweil der Vormund der unmündigen creditricin *ſeiner Pflicht dadurch, weil er geringere Münz-Sorten ſtatt derer geliehenen beſseren angenommen, entgegen gehandelt, und hierdurch ſich für ſeine Perſon in eine Verbindlichkeit geſetzet, weswegen er zu Erſetzung des verurſachten Schadens* iudicio tutelae *genöthiget werden mag, derſelbe auch für ſich der Wiedereinſetzung im vorigen Stand, jemehr hierunter eine* ignorantia iuris *obwaltet, und ihm* peritiores *zu* conſuli*ren unbenommen geweſen, ſich nicht zu erfreuen hat, einfolglich ihm ſein eignes* factum, *welches er* qua tutor

tor *unternommen*, *in dieſer* Qualitaet *zu* impugni*ren nicht frei ſtehen kan*, *zumahl dieſe* impugnation *ſeinen eignen Vortheil obangezogner Urſachen wegen zugleich befördern würde; Ueberdem der Unmündigen ſelbſt gleichgültig ſeyn muſs*, *ob ſie das* beneficium reſtitutionis in integrum *vermittelſt ihres Vormundes*, *oder eines zu dieſer Sache beſonders conſtituirten Curatoris erhält;*

So mag der Vormund K. den erſtern debitorem *zu Erſtattung eines Aufgeldes keinesweges nöthigen*, *es bleibt aber der unmündigen dieſes durch einen beſondern* Curatorem *zu ſuchen billig nachgelaſſen. V. R. W.*

RESPONSVM V.

Nomen, quo tempore vilior moneta obtinet, in partem pretii ceſſum, vltra quantitatem in contractu ei adſcriptam creditori imputandum non eſt.

Propter valorem, quem Principes ob auri argentique raritatem interdum pecuniae eorum auctoritate fabricatae vltra internum eius pretium tribuunt, experientia docuit, contigiſſe, vt, ſi ICtos, mercatores, praefectos aerariorum, et rei pecuniariae inprimis ſtudioſos, hos inquam, ſi exceperis, reliqui

 prope-

propemodum omnes, bonitatis pecuniae parum ſolliciti, ex valore potius publica auctoritate conſtituto menſuram pretii rebus ſuis tribuendi vnice repetierint, quantitatis nummorum, quam qualitatis, curioſiores. Indeque, quum ſeptennale illud bellum ageretur, ſaepius in emtionibus venditionibus fundorum aliarumque rerum inſignioris pretii euenit, vt, poſtquam de pretio conuenerat, emtor partem parata pecunia ſolueret, partem nominis ceſſione vel delegatione praeſtaret, reſiduum, ſi quod ſupereſſet, ſe debere in ipſo venditionis inſtrumento fateretur. Reſtaurata pace, ipaſque re monetaria nouis legibus reformata, emtores demum intelligebant, ſe nominis ſui ceſſione vel delegatione vltra id, quod debuiſſent, ſoluiſſe. Indeque non pauci in ea erant opinione, ſibi exceſſum vel repetendi vel in pretii reſiduum imputandi ius eſſe. Vtrumque minus recte. Quoniam, qui in iure errat, non erraſſe exiſtimatur, adeoque ex conſenſu ſuo obligatur. Sic collegii nomine Mſ. Febr. 1764. reſpondi.

Ob nun wohl auſser Zweiffel, daſs Sempron, *wenn er der* Cajae *von denen Hauskaufgeldern 500 thlr. ohne ſolche auf Tage Zeiten zu ſetzen ſchuldig verblieben wäre, von derſelben oder deren Erben mehr nicht, als ſo viel dieſe Summe an im Monat October*

1761

1761 gangbar geweſener Münze nach conventions Gelde beträgt, zu bezahlen hätte angehalten werden mögen; Folglich derſelbe, da beſonders animus donandi *in der Regel nicht präſumiret wird, die Vermuthung für ſich hat, daſs er die bey der* Commun *zu E. ſtehen gehabte anno 1757 vorgeſchoſsene 500 thlr. ſeiner Verkäuferin nicht* cediret *haben würde, wenn er nicht, da beides, die Verſchreibung, und der Kauf, auf gangbare Münze geſtellet, daſs kein Unterſchied des Werths vorhanden ſey, geglaubt hätte, ſolchemnach in der That ein Irrthum vorhanden, weſshalb, daſs keine würkliche Einwilligung in die geſchehene* ceſſionem nominis *vorhanden, mithin Sempronius dieſelbe* condictione indebiti *zu impugniren berechtiget ſey, ſich um ſo viel mehr anſehen laſsen dürfte, je mehr das allergnädigſte Mandat in welchem die Verbindlichkeit derer* durante bello *geſchloſſenen Contracte, reguliret worden, allererſt nach ſolcher Zeit ins Land ergangen:*

Dennoch aber und dieweil der Satz, daſs, wenn ſchon bey Schlieſung eines Darlehns die Verſchreibung auf gangbare Münze gerichtet, gleichwohl der Gläubiger Münzſorten ſolchen Gehalts und Werths, welchen die zur Zeit des gethanen Vorſchuſses gangbar geweſenen gehabt, zu fordern, und mit denen, welche tempore ſolutionis *gangbar, ſich nicht zu begnügen habe, gemeinen Rech-*

tens

tens iſt, und nicht allererſt aus denen nach beendigten Kriege der Münze halber publicirten *Befehlen erwachſen; Dieſemnach* Sempronius *daſs diejenigen 500 thlr. welche ihm die Commun zu E. ſchuldig geweſen, ein mehreres, als diejenigen, ſo er ſeiner Verkäuferin noch zu bezahlen gehabt, austragen, wiſſen können, und,* quoniam ius ignorare non licet, *wiſsen ſollen; Einfolglich, da er nichts deſtoweniger derſelben dieſe auſſenſtehende Poſt zu Ergänzung des Kauf-Schillings überlaſſen,* quoniam quilibet fauori pro ſe introducto renunciare valet, *die Rechtsregel wider ſich hat,* quod nullo iure cogente fit, animo donandi factum eſſe praeſumitur; *So iſt Sempronius der Cajä Erben dererjenigen 246 Rthlr. 5 gl. wegen, welche deren Erblaſſerin zu viel erhalten, in Anſpruch zu nehmen nicht befugt. V. R. W.*

Plura addere, quoniam tot plagulas impletas conſpicio, addere non licet: Vt potius nominare debeam et in medium proferre Candidatum clariſſimum.

FRIDERICVM AVGVSTVM FERDINANDVM
APEL

de ſe ſuisque rebus ſic differentem:

Natus ſum Lipſiae, die VIII Iul. anno huius ſaeculi ſexageſimo octavo, patre HENRICO FRIDERICO INNOCENTIO, *Sereniſſimi*

reniſſimi Principis Electoris Saxoniae Conſiliario aulico; *Matre*, JOHANNA CHRISTIANA KIRSTII *vtriusque iuris doctoris*, *filia*, *quorum parentum ſummum in me amorem et in educando egregiam curam vti gratiſſima mente veneror*, *ita perpetua pietate me proſecuturum eſſe*, *ſanctiſſime polliceor*. *Litterarum initiis ſtudio domeſticorum quorundam praeceptorum*, *in quibus* MÜLLERVM, BECKIVM ET IASPIS *maximi facio*, *perceptis*, *perque aliquod tempus* THIEMII, *ſcholae Lipſienſis Thomanae Conrectoris meritiſſimi*, *priuata inſtitutione vſus*, *anno huius ſaeculi LXXXVti ſtudium academicum ingreſſus ſum*, *cum iam LXXVIIIuo anno a Viro Magnifico* POHLIO, *tunc temporis Rectore*, *ciuium academiae numero adſcriptus fuiſſem*. *In philoſophicis operam dedi* PLATNERO *et* SEIDLITZIO, *in hiſtoria vniuerſa*, *Saxonica*, *et Imp. Rom. Germ. praeceptores habui* BECKIVM, WIELANDVM, HILSCHERVM *et* WENCKIVM. *Ius Naturae* SEIDLITIVS *et* IVNGHANSIVS *me docuerunt*, *ius publicum Imper. Germ.* SAMMETVS. *Cum autem ad iurisprudentiae ſtudium animum inprimis appuliſſem*, *inſtitutionum praecepta a* PATRE OPTIMO *accepi*, *pandectas* BIENERVS, *ius canonicum*, *germanicum*, *criminale*, SCHOTTVS, *feudale et hiſtoriam iuris* RAVIVS *tradiderunt*, *cuius inſignem in me humanitatem atque beneuolentiam non ſine grati animi ſenſu laetus celebro*. *In ordine iudicia-*

rio,

rio, modoque litium tractandarum, a Kindio, *Sereniſſimo Principi noſtro nunc a prouocationum diiudicandarum conſiliis, et* Keesio *profeci. In arte exactis referendi, inſtitutione* Einerti, *ampliſſimi huius vrbis Senatoris, vſus ſum; in diſputando* Ravii, Bieneri *et b.* Richteri, *in examinando,* Bieneri *ſcholas frequentaui, quorum praeceptorum prorſus eximiam curam et beneuolentiam ita multis modis expertus ſum, vt, quamtum illis debeam, ſentire facilius ſit, quam verbis exprimere. Anno MDCCLXXXIX. grauiſſimo praeſidio* Bieneri *libellum,* Hiſtoriam et iura ſuffragii Electoralis Saxonici et Archimareſchallatus Sacr. Rom. Imp. *exponentem, defendi. Superato paullo poſt tentamine, ab Illuſtri ICtorum Ordine Baccalaurei dignitate ornatus ſum, annoque ſequenti examini, quod Rigoroſum vocatur, me ſubieci. Ab hoc inde tempore, ab Excellentiſſimo et Ampliſſimo* Pohlio, *vrbis Lipſiae ſenatore, Patrono multis nominibus colendo, in cauſarum forenſium pertractandarum arte beneuole inſtitutus ſum, cui, vti multa, ita omnem qualemcunque meam in his rebus peritiam debeo.*

His igitur tentaminibus cum eo inſtitutis tam laudabiliter defunctus, vt reſponſionibus, vel potius colloquio ſuo nobis demonſtrauerit, ſe non verba ſolum legum earumque prae-

cepta memoria tenere, ſed rationem etiam et vim earum percepiſſe, ad nos redux, vt ſummis in iure honoribus ornaretur, ſimul modeſtiam ſuam animique compoſiti conſilium approbavit, quam ſtudia peracta confeſtim in forum propellere, ſatius eſſe ratus, bene exercitatus in rempublicam prodire. Vt adeo principem iuris lauream ei decernere non dubitauerimus, modo prius iuris capitulum curſoria praelectione commilitonibus explicuerit, ac Diſſertationem ex iure conſcriptam publico certamine litterario tuitus fuerit. Iam in eo eſt, vt proximo Mercurii die hora a meridie IIda in auditorio ICtorum ſuper *l. 3. C. d. Teſtam. milit.* diſſerat, et mox inſequente Iouis die, horis matutinis ſolennibus, libellum a ſemet ipſo *De Clericorum priuilegiis praecipue in Saxonia* conſcriptum diſputando tueatur. Quibus omnibus, vti non ſolum praeſumere, ſed confidere licet, feliciter peractis, Collega honoratiſſimus, D. CHRISTIANVS RAVIVS, in quem hanc poteſtatem contuli, praemiſſa breui oratione, iuris vtriusque Doctorem eum creabit et profitebitur.

Itaque hunc noſtri diem vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, CELSISSIMVS PRINCEPS, ILLV-

STRIS-

strissimi Comites, Proceres vtrivsqve reipvblicae Gravissimi, Generoſiſſimique et Generoſi domini commilitones praeſentes frequentesque illuſtrare celebrare et condecorare velint, omnes ac ſingulos obſervantiſſime cupio rogatos.

Scribeb. Dom. II. Aduent. A. C. cIↃDCCXCI.

LIPSIAE,
EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

Errata, in Dispvtatione.

p. 18. linea 16 legendum — *progredimur*. p. 20. lin. 17. leg. *nam* et ſubſtituti. ibid. lin. vlt. leg. *autem* p. 21. lin. 3. verbum *teſtimonium* verbis et — confirmationis inſerendum. p. 22. initio §. IX. leg. *conſenſu*. p. 24. init. §. XI. leg. *vectigali*. ibid. lin. 2. leg. *expreſſa* legitur. p. 26. init. §. XIII. leg. *tutelae* adminiſtratione. p. 32. lin. 11. leg. *Ill. Aug*. Frideric. Schott.

ULB Halle 3
003 015 432

sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0031-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0032-8

8
1791, 8°

PROCANCELLARIVS D. HENRICVS GOTTFRIDVS BAVER ORDINARIVS

SVMMOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

CLARISSIMO CANDIDATO

FRIDERICO AVGVSTO FERDINANDO APEL

LIPS.

D. VIII. DECEMBR. A. C. CIϽIϽCCXCI

IN AVDITORIO ICTORVM

TRIBVENDOS INDICIT

Inſunt Reſponſorum Iuris IVtum et Vtum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660690-p0033-4